

# **Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 25**

Haec carta indicat quod dedit Framuual Henterrann cum manente nomine Courenti, sitam in plebe Caroth, pro anima sua et pro regno Dei, Sancto. Salvatori in Rotono ei servientibus, sine censu, sine tributo alicui homini nisi supradictis monachis. Facta est donatio in Rotono monasterio, die dominico, .XIIII. kl. iulii, luna .XIII. anno secundo principatus Salomonis, Rethuualatro episcopo in Poutrocoet, coram Conuuiono abbe et suis monachis; Leuhemel, monacus et presbyter; Liuer, presbyter et monachus, testis; Adgan, presbyter et monachus, testis; Omni, presbyter et monachus, testis; Adalundicus, monachus; Otto, diaconus; Liosic, presbyter et monachus, testes.